



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-384044-p0002-2

DFG

10.

Disputatio Juridica Inauguralis
De
TRADITIONE
FICTA 1671, 3.

QUAM
DEO Auspice,
EX DECRETO ET AUTHORITATE
MAGNIFICI NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI JCTORVM
ORDINIS

In
Illustri Hasso-Schaumburgica Academia

P R E S I D E

Viro Nobilissimo Amplissimo ac Consultissimo

DN. BERNHARDO Schulzen/

Jcto & Antecessore inclytæ hujus Ernestinæ famigeratissimo, Facul-
tatis Juridicæ hodiè **DECANO** Spectatissimo, nec non

Consiliario Hassiaco gravissimo.

Domino Patrone ac Promotore suo etatē colendo:

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure Honores ac Privilegia DOCTORALIA
ritē ac solemniter consequendi.

Publica Eruditorum Censura subiecit

JOHAN DIETERICH WREDE,

Lemgoviensis.

IN AUDITORIO JCTORUM

Ad d. 27. & 28. Febr. Anno 1671.



RINTHELII,

Typebat Godofredus G. Wächter Acad. Typogr.

665

3

271

27



• 930
*Illusterrimo & Generosissimo
Comiti & Domino*

SIMONI HENRICO
Comiti & nobiliori Domino
in Lippia, Comiti & Domino
suo Clementissimo.

Vt &

*Perstrenuo ac Prænobilissimo Domino
Bernhardo Simoni de Exter, Heredi-
tario in Herberhausen / Ambsen & Dalhausen / Comitatus
Lippiaci Consiliario Provinciali, & Generosi Ordinis
Equestris Deputato splendidissimo.*

Nec non

*Perstrenuo & Prænobilissimo Domino
Ottoni de Brinck, Hereditario in
Iggenhausen.*

Dominis & Patronis suis gratosissimis.

*In devotissima subjectionis cultusque argu-
mentum hanc Dissertationem inaugurem, ea
quæ pars est submissione & reverentia dicere &
& consecrare voluit debuit.*

Author.

M pudens forte videor Illustrissime ac
Generosissime Comes, Domine Clementissime,
ut & Perstrenui ac prænobilissimi Domini Pa-
tronii, Promotores maximi, quod pagellas hasce
parum exalciatas, sub J. T. G. & P. V. N. nominibus, luci dare
autus fuerim: fateor hoc, sed cum beneficia vestra, feuda ni-
mirum in majores meos quondam, ex quo tertium jam ex-
currit seculum, benignè collata, devinctum me teneant, of-
ficii mei esse in primis duxi, ut, cum aliud non liceat, verbis
saltē obsequiosum animum contester, ac fidelitatem, quam
J. T. G. & P. V. N. debo, æternū me servaturum esse, pu-
blicè profitear. Quod ipsum dum facio, Xerxis, Persarum
Regis, recordamini, qui nec rustici alicujus rapam rejecit,
neque etiam minus laudabile esse, parva prompte accipere,
quam magna tribuere, arbitratus est; Pariter J. T. G. & P. V. N.
ut hocce ex sacratio S. Themidis productum munus papy-
raceum non aspernemini, sed potius illud ut singularis subje-
ctionis & observantia meæ tesseram sereno ac respective be-
nevolo affectu suscipere, nec non perennanti Clementia ac
favore me obsequentissimum vasallum fovere, haud dedi-
gnemini, submissæ peto, ac si licet, contendō. Quod reli-
quum est, ut regimen J. T. G. fortunare, Familiam Illustris-
simam firmare, Teq; vigentem ac florentem cum maximo
partiæ commodo diutissimè conservare velit Divinum au-
men, devotissimè precari, illudque non minus P. V. N. sem-
per propitium exorare, dum ero, non desistam.

Raptim Rinthelli
6. Id. Febr.
Anno 1671.

*Vestra & Prailliustris Generostatis
atque
Perstrenuarum vestrarum Nobilitatum
Addictissimus Cliens*

Johann-Dieterich Wrede.





I. N. J. C.

I.



Ingulari jure aliquid nostrum fit acquisitione originaria aut derivatiya. Originaria acquisitio olim, cum genus humanum coire posset, fieri potuit etiam per divisionem Grot. de J. B. lib. 2. c. 2. n. 2. nunc per occupationem tantum Grot. de J. B. lib. 2. c. 3. n. 2. Et hoc acquisitio censenda etiam rerum earum, quæ dominum habuerunt sed habere desierunt, puta quia derelictæ sunt, ut quia defecerunt dominium hæc credierunt in eum statum, in quo primum res fuerunt, l. 1. ff. pro aere libet. Grot. de J. B. lib. 2. c. 3. n. 19. Illud constat, pro derelicto habita, ut cetera quæ nullius sunt, non acquiri illi, qui primus illa videre ceperit & notare oculis, sed qui primus possessionem eorum natus sit. Sic Acanthus insula deferra adjudicata est Chalcedonibus, qui priores intraverant, non Andriis, qui priores jaculum immiserant: quia possessionis initium est corporis ad corpus adjunctio, qualis circa res mobiles, maxime fit manibus, circa res soli pedibus. Grot. de J. B. lib. 2. c. 8. n. 6. & de mar. lib. c. 2. Acquisitione derivatiya nostrum aliquid fit facto hominis, aut legis. Homines rerum domini, ut dominum aut totum aut ex parte transferre possint, est juris naturalis, ex quo illa facultas fluit: Inest enim hoc in ipsa dominii pleni scilicet, natura, Arist. 1. Rhet. 5. Proprietatis definitio est, ubi penes nos est ius alienandi. Qui dominus rei est, potest illam vel sibi retinere, vel ad alium transferre liberè, ad utrumque enim indifferenter.

ter se habet illa potestas, Grot. de J. B. lib. 2. c. 6. n. 1. si solum ius naturale spectemus, dominium non datur nisi in natura rationali, quia fundamentum omnis dominii est intellectus & libera voluntas, quæ soli naturæ rationali insunt, Illud enim est fundamentum dominii, per quod homo habet potestatem disponendi de rebus: Hanc vero habet per intellectum & voluntatem, quia per hanc immediate potestatem in suos actus & per suos actus in res externas habet. Deinde ratio dominii includit potestatem rerum & ordinationem in aliquem finem. Atqui solius rationis & voluntatis est, ordinare aliquid in aliquem finem, Lessius de just. & jur. lib. 2. c. 4. dubit. 1. Infantes & furiosi dominia accipere & retinere possunt Gal. 4. 1. quod Grot. de J. B. lib. 2. c. 3. n. 6. iure gentium introductum statuit, personam illorum integrum quasi sustinente humano genere; & quia humana jura multa constitutere possunt præter naturam, contra naturam nihil. Ex eo hoc sectariorum elicit, quod dominium hoc, quod favore infantum & his similibus, consensu gentium humanius viventium introductum est, sit intra actum primum, nec ad actum secundum, ut loquuntur Scholæ, possit pertingere, id est ad ius habendi, non ad per se utendi ius pertinet, quia alienatio, & si qua huic sunt similia, in ipsa sui natura includunt actum utentis ratione voluntatis, quæ in talibus existerent non potest, Grot. de J. B. lib. 1. c. 3. n. 24. & lib. 2. c. 3. n. 6. Verum enim vero, rectius sentire videntur, qui dominium infantum ipso iure naturæ natu, nec a gentibus primum introductum sed explicatum esse docent. Sunt enim & illa juris naturalis, quæ ita alicui competunt, ut in exercitum statim deducantur, sive ab actu primo ad secundum ultra pertingant, cum primum impedimentum, vel naturale atatis vel fortuitum morbi recesserit. Est enim nullus juris deset os, ubi actus secundus ad tempus suspenditur, quod in infantibus est certissimum; Et in furioso subest spes recuperanda sanæ mentis, ad quam licet nunquam perveniat, natura tamen jubet, non perverti. & si potius ad ejus necessitates sustinendas accommodari, & deinde illo mortuo ad illos transferri, quibus acquisitione derivativa debentur, ejus opes Dr. Bockler, in not. Grot. de J. B. lib. 2. c. 3. n. 6. p. m. 95. Lessius d. just. & iur. lib. 2. c. 4. dubit. 2. qui rectè ait, quod ad usum domini requiratur

A 3

utius

usus rationis, non tamen ad ipsum dominium habituale, quod immediate fundatur in potentia. Vid. Viator, de Indis n. 21. 22. quanquam si quis velit amplius *ἀκεράτον εἶναι*, nec dominio, nec uisu seu exercitio dominii destitui videantur infantes & amentes; licet ope aliena id juris exercendum sit; quod per accidens evenit, manet illis jus in re, manet facultas utendi, licet modus utendi ad alienam opem spectet. Da. Bockler. d. loc.

II. Illa alienandi facultas, & consensus declarari debet modo idoneo & sufficiente, quia actus internus non est congruens naturæ societatis humanæ, Grot. de j. B. lib. 2. c. II. n. II. & c. 20. n. 18. & c. 4. n. 3. & c. 6. n. 1, quæ declaratio aequum voluntatis naturaliter est necessaria, qualis verò illa esse debeat, ut ad transferendum dominium sufficiens videatur, est enucleandum, nec enim verba ambigua, obscura, animum non satis exprimantia in eo, de cuius voluntate alienandi queritur, sufficiunt, sicut nec acceptasse videtur, qui nutu gestu ambiguo, aut silentio excipit sermonem dantis vel permittentis. Hæc enim ad inducendam obligationem naturaliter parum sunt idonea. Quare Jcti, cum viderent hanc materiam dolis, circumventionibus obnoxiam esse, externam illam significationem voluntatis, ut esset efficax ad titulos & formulas conventionum & contractuum restulerunt; Jure civili Ebrorum ex nudo verborum contractu nihil transferebatur, emtoris ita demum siebant, si aut nummis datis, minimum argenteo seu sclo, aut syngraphi testimonio, aut corporali, post contractum aut sub ipso, possessione ea acquisivisset, ubi horum nullum, ibi irrita plane venditio. Johan. Selden. de I. N. G. iuxta disciplin. Ebraor. lib. 6. c. 5. & de success. ad leg. Ebraor. in bona defunctorum prolegom. Hahn. ad Wesenb. tit. d. Contrab. empt. n. 10. Jure naturali, sequestrata authoritate legum Romanarum, quando voluntas alienandi claret & determinatè expressa ex una parte, & voluntas accipendi ex altera parte citra ambages est significata, adeoque consensus dantis & accipientis est satis manifestus, ad translationem dominii nihil amplius requiritur. Jus positivum traditionem insuper requirit, quæ tam translationi dominii in se spectatæ non est intrinseca & quasi essentialis, sed utilitatis civilis causa addita. Hoc modo intelligi posse videtur.



videtur, quod ipsi Jcti in quibusdam casibus traditionem non requiri facentur, quos casus enumerat Grot. de J. B. lib. 2. c. 8. n. 25. Ad præcidendas vero lites dominii (quarum infinita altis seges subnatur) facit, ut non nudis pactis, sed pactis sive contractibus aliena. traditionem justo titulo constituentibus, & traditionibus exercitium juris in re alienata porrigitibus, dominia rerum transferantur l. tradit. 20. C. d. pact. l. si ager. 50. d. rei vend. l. quotiens. l. pen. C. eod. l. 6. C. de ha- red. vel att. vend. l. nunquam 31. d. acq. rer. dom. Marp. Vol. 4. cons. 37. n. 1185. Didac. Covariv. lib. 2. var. resolut. c. 19. Lessius d. I. & I. lib. 2. cap. 3. dub. 3. n. 12. ibi: Nam jure naturae non est necessaria traditio, est tamen rationi consona, quia sicut, ut possimere aliquam uti naturaliter, re- quiritur in me us utendi, & in re conveniens applicatio, ita, ut passim re aliqua uti moraliter tanquam dominus, requiratur ex parte mea aliquod ius per contractum aliquem, vel similem modum, & ex parte rei debita applicatio, que sit per traditionem vel apprehensionem. Accedit quod hac ratione evitetur etiam incertitudo dominiorum, multarum litium semina- rium. Vid. Dn. Bockler, in Grot. de J. B. lib. 2. c. 6. p. m. 205. quæ lex quia à multis gentibus est recepta, jus gentium impropiè dicitur, quod jus non habet vim pacti inter gentes, sed est jus civile plurimum gentium, quod à singulis tolli potest. Grot. d. J. B. lib. 2. c. 3. n. 5. & Pereleganter jus gentium domesticum vocat Selden. de Mari claus. lib. 1. c. 3. Licet verò traditio ad effectum translationis dominii jure po- sitivo requiritur, non tamen est causa per se, licet in ordine ad effec- tum illum causa sine qua non, rectè dicatur. Belle explicat hoc Ludov. Molin. d. I. & I. tract. 2. diff. 2. Traditio & apprehensio non est radix & origo dominii aut juris in re, sed solum est conditio sine qua non, regulari- ter à radice & origine nec dominium, nec jus in re emanat. Id ergo quod est ratio fundandi dominium aut jus, tanquam illius radix & origo, sive simul requiratur aliquid aliud tanquam conditio sine qua non, sive nihil aliud ulterius requiratur, est, quod appellatur titulus dominii aut juris. Layman. lib. 3. d. just. & Jur. tract. 1. c. 5. n. 7. q. 4. Titulus dicitur, quod est velut radix, origo, sive ratio fundandi dominium, v. g. emptio est titulus, id est justa causa comparandi dominium mercis, & legitima elec- tio ad regnum vel beneficium Ecclesiasticum est titulus sive justa causa acquir-



acquirandi dominium regni, vel quasi dominium beneficii. Insuper autem
tangquam necessaria conditio, ordinariè loquendo traditio seu apprehensio
rei requiritur. Hoc sensu recte affirmatur in jure nostro, traditione
rem nobis acquiri §. 40. f. d. rer. div. & differt hic modus acquirendi
ab aliis ejusdem generis, quod illarum rerum, que nullius sunt, jure
gentium acquirendarum ratio præter apprehensionem nihil deside-
rat, haec enim occupantur sine cuiuscumque injuria, que ab hostibus cap-
piuntur invitis dominis ad nos transeunt jure belli. Grot. d. I.B. lib. 3.
c. 6. In specie autem proposita, nimur traditione, non sufficit nam
ciscendi dominii causa rem apprehendisse, nisi & voluntate domini in
hoc sit tradita, t. 2. d. bis quo sive vel al. jur. l. id quod nostrum ff. d. R. l.
Nec interest, an verè traditio fiat & naturaliter, an fictè & per repre-
sentationem. De hac eleganti materia traditionis h. Etat pluribus di-
vina favente gratia acturus sum, non quid exquisiti & novi de ea pro-
positurus, sed solùm materiam disceptandi præbiturus. Ne verò sine omni
methodo retractetur, in hæc rem distribuam capitula, ita ut in pri-
mo agam de definitione, in secundo de objec:o, seu materia circa
quam, Tertiò de modis quibus facta traditio scripotest. Quartò
de casib; in quibus sine traditione dominium acquiritur. Quintò
de Fine & effectu.

III Estvero definitio Græc. ὁράσsecundum Aristot. lib. I. Top.
§. 1. 2. λόγος ὁ τὸν νῦν εἶναι οὐκαίρων, i. e. oratio, quæ quid res sit,
significat. Definitum est ὁράσ, quæ vox alias metam vel terminum,
quo agri vel regiones distinguuntur, denotat, & non sine ratione
hoc voces balum aptatum definitioni, sicut enim terminis agri distin-
guuntur, ut quisvis sciat, non solum, quoisque agri sui fines sint pro-
trahendi, sed etiam, quod limites illos movere non licet, nec ultra illos progredi;
Ita definitione res una distinguitur ab aliis, ut constet
non solum, quænam spectent ad essentiam rei, sed etiam, quod in re-
rum explicatione ultra ea, quæ essentialia sunt, progredi non licet ad
ea, quæ vel extra essentiam sunt, vel in explicatione rei nullum uer-
habent. Et quia in definito duo latent conceptus, quotum alter ei
commonis, in quo definitum cum aliis rebus convenit, alter proprius,
per quem ab aliis rebus distinguitur, e. g. in natura hominis latent duo
conceptus, alterum homo communem habet cum brutis, qui est ani-
mal.



mal, altero ab aliis rebus distinguitur, & est *nō* rationale, uterque igitur in definitione est exprimendus, & sic genus & differentia in definitione ponunt debent. Traditione Theophilo nostro in §. per traditionem 40. f. d. Rer. divis. est Χριστὸς εἰς χεῖρας μαρτύρων, de manu in manum translatio. Verum hæc definitio traditioni propriè dictæ, eique, quæ rerum est mobilium, tantum convenit. Cuiusdictio definitur datio possessionis, II. obs. 19. ex l. 3. C. d. act. emt. l. si rem trad. 28. ff. d. V. O. Et hoc est verum quatenus est modus dominii acquirendi. Traditione enim alias facit dominum, alias non dominum, sed possessorem, alias nec dominum nec possessorem, sed rei tantum tenendæ facit potestatem, quam Accursius vocat detencionem alinam in l. 29. d. acq. poss. Dominum facit, quæ sit à verò rei domino, animo alienandi dominium, ex causa ad transferencem dominium habili, veluti emtionis, venditionis, donationis, datis, transactionis, permutationis &c. l. 20. pr. l. 31. in pr. ff. d. acq. ver. dom. §. 40. f. eod. Possiflorem facit, veluti quæ sit ex causa pignoris, l. 22. §. 1. ff. d. Nov. act. l. 35. §. 1. ff. d. pign. act. l. 12. C. d. fund. partim. Deniq; nec dominum nec possessorem facit traditione, sed rei tantum tenendæ facit potestatem, quæ sit ex causa locationis, conductionis, commodati, depositi, l. 39. ff. loca. l. 8. ff. commod. l. 10. §. 1. l. 18. in pr. ff. d. acq. poss. Wissenb. in explicat. l. 20. C. d. paci, qui diff. 2. ad l. 11. d. R. I. traditionem in genere definitiv, quod sit translatio possessionis, facta à verò rei domino, animo ex causa habili transferendi dominii. Facta traditione in specie ita definiti potest, quod sit translatio possessionis facta à verò rei domino, facta & per representationem, animo ex causa habili transferendi dominii. Dicitur translatio possessionis, quæ sit per actum traditionis. Actio verò solet in hunc modum definiti, induit Suareti disp. Met. 48. quod sit accidentis, per quod actionis potentia sese exercit. Dicitur accidentis, quia est in subjecto, quod non est ipsum agens sed patiens, e. gr. subjectum calefactionis non est agens nempe ignis, sed patiens, ut aqua, lignum, in quo enim subjecto est terminus actionis, scilicet quod per actionem producitur, vel acquiritur, in eodem subjecto est ipsa actio. Atqui terminus actionis est in paciente, sic terminus calefactionis nempe calor est in



aqua tanquam paciente, Ergo & actio est in paciente, Et licet actiones immanentes in agente manent, in eo tamen non sunt, ut est agens, sed quatenus est simul patiens. Porro potentia activa duplicitate potest considerari, 1. in actu primo, quatenus aptitudinem habet ad actionem licet non agat. 2. In actu secundo, pro ut re ipsa se exerit. Ut vero potentia activa traducatur in actum, requiritur potentia passiva, in quam agit. Unde Arist. s. Met. th. 17. & 9. Met. th. 2. potentiam activam per passivam definit. Stalius part. 1. disp. 3. regul. 5. Suarez disp. Met. sect. II. Hinc traditio considerari potest duplicitate 1. activè ratione agentis, ut tradentis, 2. passivè ratione ejus cui traditur, in traditione enim constat, rem geri inter tradentem & accipientem: ratione agentis est modus amittendi dominii, transfertur enim mediante traditione dominium in accipientem, respectu vero patientis, vel ejus cui traditur, acquiritur dominium, & dici potest, quod sit actus, quo in aliquem ab altero quid transferetur. Porro additur in definitione: à verore dominio. In tradente hec tria requiruntur, primò ut habeat facultatem tradendi, sic in omni agente requiritur potentia activa vel facultas moralis. Grot. de I. B. lib. 1. c. 1. n. 4. secundò si possit & velit, ut voluntas sufficienter significetur, quomodo dicitur à Jctis, nihil esse tam naturale, quam voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. 3. per traditionem. 7. de rer. divis. Grot. de I. B. lib. 2. c. 11. n. 1. Tertiò si potest & vult, ut tradat. Facultatem tradendi habet solus dominus, aut qui vice domini fungitur, quod enim jus quis non habet formaliter, nec virtualiter, illud in alterum transferre nequit. C. nemo 29. d. R. I. in C. C. quomodo 41. distinct. 4. d. Consecrat. l. 54. d. R. I. l. 19. ff. qui & aquib. man. l. 20. ff. d. acq. rer. dom. Duplicitate potest aliquid in aliquo contineri, 1. formaliter 2. eminenter: Competit aliquid alicui formaliter, quando ipsis competit ejus ratio formalis, sive definitio & conceptus quidditativus, aut aliquid in eo est, cui talis rei ratio formalis competit. Ita ignis est calidus formaliter, quia ratio formalis calidi est, quod sit corpus affectum qualitate elementari, quā congregantur homogenea & segregantur heterogenea. Atqui ignis est tales corpus ē. Eodem recidit, si dicamus, calorem formaliter esse in igne, quia caloris essentia est, esse qualitatem elementarem congregativam homi



homogeneorum & segregativam heterogeneorum, in igne talis qualitas reperitur. Competit verò aliquid alicui eminenter, quando ipsi non competit talis rei ratio formalis, nec in ea aliquid reperitur, cui ratio formalis competit, est tamen in eo aliquid nobilius cum vi effictiva talis rei. Ita sol dicitur calidus eminenter, quia non est aliquid in sole, cui definitio caloris competit (qua nulla in sole qualitas elementaris reperitur) est tamen in eo forma ali qua nobilior, ut possit calorem producere, Stalius part. I. disp. 5. reg. 1. sic constitutio servitatis, pignoris, virtute & eminenter est in dominio domini. Grot. d. I. b. lib. 2. c. 3. n. 2. Sic etiam summo principi competit dominium eminens in partes, & res partium boni communis causa, Grot. d. I. B. lib. I. c. 3. n. 6. lib. 2. c. 14. n. 7. 8. lib. 2. c. 21. n. 11. & lib. 3. c. 20. n. 7. Et quidem Dominus semper hanc potestatem habet, nisi obstet aut conditio persona ejus, puta si sit minor aut pupillus §. 2. quib. alien. licet. l. 3. d. rest. in integ. l. 22. C. d. admin. tut. hoc pertinet is, cui bonis interdictum, qui cum de eo obligando, aut alienando, diminuendo eis patrimonio agitur, in eadem causa cum furioso habetur. l. 6. d. Verb. Obl. l. 12. in fin. de tut. dat. & cæteri qui ob vitium morbumve corporis in curatione sunt, rerumque suatum administrationem non habent. l. 8. §. 3. l. 12. in pr. d. tut. & cur. dat. Filius quoque familias non potest alienare bona adventitia, quorum usum fructum pater habet. l. ult. §. ipsum. 5. vers. filius. C. de bon. que lib. Aut alias alienatio sit interdicta, ut fundi dotalis. l. I. 4. 5. 6. ff. d. fund. dotal. l. 2. d. jur. dot. l. un. §. & cum lex. 15. C. d. ret. uxor. alii. quæ tamen prohibito in quibusdam casibus cessat, quos colligit Paul. Christin. in decis. Belgic. Vol. 3. dec. 133. n. 20. 28. cum seqq. Aut causa ex qua res tradituri, jure sit prohibita, ut donatio inter virum & uxorem, r. r. ff. & C. d. donat. ini. vir. & uxor. Ulterius dicitur in definitione, fidè & per representacionem, ut opponatur traditioni vera & propriæ, quâres corporalis praesens praesenti, illamque actu quodam corporeo apprehendenti ita traditur, ut si mobilis sit, de manu in manum personæ accipientis, quandoque etiam incerta detur, licet enim regulariter in translatione dominii non minus persona accipientis, quam tradentis certa esse debeat, ut ab utraque parte contrahentium affectus concurrat l. in omnibus.



ff. d. O. & A. ibique Bruunem. in Comment. p. 475. interdum tamen evenit, ut dominium per traditionem in incertam accipientis personam transeat, veluti cum missilia ja&cantur aut sparguntur in vulgus. l. 9. §. pen. ff. d. acqu. rer. dom. qui enim pecunias suas ita spargit aut projicit, in nullius certae personae destinationem fertur, & plane ignorat, quis quid earum rerum sit accepturus. Sin res sit immobilis, in hujus partem aliquam, per ingressum vel contactum, apprehensam, accipientis, ut inducatur necessarium est. l. 1. §. si jusserrim 21. l. 3. §. 1. de acq. po^{to}ff. quo casu capta possessione unius rei seu fundi uniti, vel dominus, aut palatii ab uno capite, angulo, vel parte, acquisita censetur in dubio possessio totius, nisi alia pars ab alio possideatur. Pont. de Spolio lib. 2. cap. 14. n. 121. Peregrin. de fidei commiss. art. 48. n. 73. 74. Gratian. discept. forens. cap. 425. n. 11. & seq. & cap. 910. n. 3. cum non requiratur, ut quis per singulas glebas terrae ambulet. d. l. 3. §. 1. alias regulariter ex possessione unius partis seu rei singularis & separatae non acquiritur possessio alterius, sed in illis requiritur adeptio possessionis singularium partium Boccat. d. Interd. uti possid. cap. 2. n. 73. Cyriac. contr. for. lib. 2. contr. 300. n. 36. Cravetta lib. 2. corsil. 258. n. 16. Postius de mandato manuteneat. Obs. 73. n. 59. & seq. Ficta verba traditio est qua res tradenda non quidem re ipsa & physice traditur, adsciscitur tamen vel fingitur aetius aliquis, qui pro traditione sit. Denique ponitur in definitione: ex causa habili transferendi dominii, quia nuda traditio nunquam dominium transfert, sed ita, si venditio vel alia justa causa praeceslerit propter quam traditio secuta sit, l. nunquam. 31. ff. d. acq. rer. dom. Nec objiciat quisquam, id requiri superflue, cum presumi debeat donatio, si nulla causa subsit. arg. l. campagni 47. d. oper. libert. quia haec assertio tum deinde locum obtinet, cum res consulto est data. l. cuius per. 53. ff. d. R. I. ibique Wissenb. Illud non refert, revera praeceslerit causa, an opinione tradentis. Vinnsel. qu. lib. 2. cap. 35. Et haec traditio, quæ praecedente, saltem ex opinione tradentis, justa causa sit, ab Azone vocatur vestita. Suth. Diff. 4. §. 35.

IV. Objectum, sive materia circa quam, factæ traditionis sunt res corporales & incorporales. Corporales sunt, quæ sub tactum cadunt,



dant, & quas, si praesentes sunt, corpore ac manu apprehendere, ex-
risque sensibus percipere possumus, pr. f. d. reb. corp. & incorp. In-
corporales nihil aliud sunt, quam qualitates vel potius relationes, quas
jus circa personas & res corporales producit. Jacob Schegkius in Com-
ment. ad predic. Arist. in predicam. relationis, & Comment. in lib. 6.
Topic. Arist. loc. 57. Illi vero insignem errorem committunt, qui sta-
tuunt, res incorporales esse entia rationis, & nuda figura intellectus.
Quæ enim sunt entia rationis & figura intellectus, illa tan-
tum sunt objectivæ in intellectu, & citra hoc, quod ab intellectu co-
gnoscuntur, non sunt. Quatuor verò modis dici potest quid ab intel-
lectu dependere (1) effectivæ, & hoc modo ab intellectu dependent
actiones mentis, (2) subjectivæ, sic à ratione vel intellectu dependent
conceptus mentis & habitus intellectus, quæ omnia sunt in intellectu
tanquam in subjecto, nec tantum ab illo dependent dependentiæ sub-
jectivæ, quia esse non possunt, nisi in intellectu, sicuti accidentis non est,
nisi in subjecto, sed simul dependent ab eodem dependentiæ effectivæ,
quia fieri non possunt, nisi ab intellectu, saltem naturaliter. (3) Ob-
jectivæ, sic omnis res ab intellectu dependet, non quidem qua ta-
lis, sed quatenus ab eo per formalem conceptum cognoscitur; Hoc
sensu duplex esse obtinet, unum in intellectu, nempe esse objectivum,
quod nihil aliud est, quam cognosci, alterum extra intellectum, nem-
pe esse reale, quod habet etiam tunc, cum intellectus de ea re non co-
gitat. E. G. cum intellectus concepit cœlum, & aliam rem, eo ipso,
quo cognoscit, duplex esse habet, unum, quod ipsi est extrinsecum,
quodque accipit à meo intellectu, & nihil aliud est, quam esse cogni-
tum, alterum quod est ipsi intrinsecum, quodque habet in se verè ac
formaliter, & est ipsum esse reale, quod extra mentis operationem in
rerum natura obtinet. (4) Objectivæ tantum ab intellectu depen-
det, quod nullum habet esse, nisi objectivum, quatenus ab intellectu
cognoscitur, & propterea in se nihil est, nec extra intellectum dicit
aliquid reale, quod cognitionem ejus terminet, sic cum dico: Deus
est corporeus, concipio identitatem inter Deum & corporeum. Ve-
rum illa identitas ita à parte rei non est, sed tantum per intellectum,
quatenus puto, Deum & corporeum esse idem, quod quidem per

mentis operationem ita concipi potest, sed in se, & citra mentis operationem ita non habet; fieri enim non potest, nec citra manifestam contradictionem affirmari. Est Deum corporum, Deus itaque corporeus aliud esse non habet, quam esse objectivè in intellectu. Est itaque ens rationis, quod cum entitatem realem in se non habeat, à ratione tamen ut ens reale concipitur. Dixi notaater, *concipitur utens reale*. Cum enim intellectus aliquid concipit, duo deprehendimus, conceptum vel cognitionem, & objectum vel rem ipsam. Cognitione denominat rem cognitionem, eamque objectivè in intellectu sit, objectum autem extrinsecè à sui cognitione denominatur. Hoc verò non uno modo se habet: Interdum enim in se illud sive habet, & à parte rei existit, quod intellectus concipit; interdum in se nihil est, & non ens, concipitur tantum ut ens, nec ita se habet à parte rei, sicut per conceptum formalem representatur. Quando intellectus concipit rem, uti in se, & per cognitionem representat, utia pateretur est, nullum ens rationis facit, quia talis res non est tactum objectivè in intellectu, sed præter esse, quod habet objectivum in intellectu, alium insuper habet in se proprium conceptum, qui responderet conceptui formalis intellectus. Vid. Paul. Slevogt. *diff. acad.* 6. Dico igitur res incorporales in jure consistere, & his corpora opponi, non, quod revera & natura non sint, aut extra considerationem juris non subsistant, sed quia à jure quodammodo existentiam suam, vel certam & definitam formam accepserunt. Habent enim utique & veram suam essentiam, suntque omnino entia realia. Bachov. & Vinn. ad *Instit. d. reb. corp. & incorp.* Bechman. *adff. d. rer. divis.* pag. 135. Sutholt. *diff. 5. §. 2.*

V. In his rebus incorporalibus ulla sicut traditionis necessaria est, utpote quæ natura traditionem non recipiunt, *i. servus. 43. §. 1. ff. d. acq. rer. dom.* Pro traditione autem in his est patientia Domini, *i. ult. d. serv. l. 3. d. Vsafr.* in aliis vero rebus proter commoditatatem est recepta, quo efficit expeditior ratio commerciorum. Bacchov. *d. Att. diff. 3. tb. 18.* Offert se hic illa difficultas, quomodo lege positiva fieri possit, ut in rebus incorporalibus locus sit alicui traditioni? licet enim magna sit autoritas legislatoris, non tamen tanta, ut rerum essentias & proprietates immutare possit, sicut enim rerum essentia aliunde non



15

572
271

non depender, ita etiam proprietates, quæ esse illud necessariò consequuntur. Grot. d. f. B. lib. I. c. I. n. 10. Et necessitas illa, quæ statuitur, essentiam rei, cum illa cohaerere, ut nec ipsa ab illa avelit, nec alterius rei essentia ipsius essentia esse possit, tanta est, ut nec à Deo quidem avelli, nec alterius rei essentia ipsius essentia esse possit, sic enim impli- cat contradictionem, hominem esse, & non obtinere hominis essen- tiam, aut lapidis essentiam ejus esse essentiam, quod nullum in Deo ar- guit dectum aut impotentiam. Stalius reg. Pbil. disp. I. reg. 5. Ex quo firmiter concluditur: quod legislator rerum essentias vel proprietates immutare non possit, ita ut res illæ incorporeæ, quæ tangi non possunt, verè & naturaliter tradantur, tunc enim rerum incorporearum natura planè immutaretur, si verò loquamur de effectis juris civilis, per legem positivam fieri potest, ut res illæ incorporeæ, quæ tangi non possunt, salvâ illarum essentia per actum aliquem, qui fictione & interpreta- tione juris sit loco traditionis, dicantur tradi. §. 44. & 45. J. d. Rer. divis. l. I. C. d. donat. Nec est valida consequentia: Res incorporeæ per aliquem actum, qui fictione juris est loco traditionis, dicuntur tradi; Ergo illarum natura & essentia planè immutatur. Hæc itaque facta traditio naturam & proprietatem rerum corporalium planè non immutat, sed, salvâ illarum essentiâ & proprietate, lege positi- microudi potuit.

VI. Traditionis factæ multæ sunt species, vel modi, veluti pri- mò per fictionem brachis manus, quæ fictio vel in tribus personis con-tingit, ut si illum qui mutuo dare volebat vel debebat, jussero tertio dare, perinde enim est, ac si res mihi primò data & à me ad tertium profecta esset, ut in casu. 3. §. pen. & ult. ff. de donat. int. vir. & ux. quod à consultis ideo excoigitatum, quia hoc modo celerius & sine inutili circuitu ad finem propositum pervenitur; vel in duabus ut in §. interdum etiam. J. d. Rer. divis. ubi fictio sive exigitatio talis est. Creditur res tibi commodata aut penes te deposita, domino, qui eam postea tibi vendidit aut donavit, restituta, atque ab eo mox ex ea causa tibi tradita, quam fictionem intervenire, illud argumento est, quod res jam ex alia causa penes me esset incipiat, & ego jam veram possessionem habeam, quæ antea penes deponentem & commoda- tem:



tem erat, quia ex his causis vera possessio non transfertur. *I. licet 17. §. 1. depos. l. 3. §. 20. d. acq. poss. & ideo in proposito dicitur res pro tradita haberi. l. 62. in pr. ff. d. evit. & dominium transferri nuda voluntate, non que plane sit nuda, aut præter consensum nihil habeat, sicut cum dicimus ex nudo pacto actionem non nasci. l. 7. §. 4. & seq. ff. d. pact. l. 45. ff. cod. l. 8. l. 15. ff. d. Pres. verb. l. 10. l. 21. l. 28. C. d. pact. l. 5ive apud 28. C. d. translat. l. 3. d. Rev. permitt. nudum intelligimus, quod præter conventionem nihil causa habeat ad obligandum eum, qui pactus est. l. 7. §. 4. ff. d. pact. l. 10. C. cod. Ex quo vero genere pacti ne quidem actio competit ad adipiscendum dominium, ex eo multo minus dominium transfertur. Nec etiam nuda voluntas dicitur, quæ nuda est ab omni traditione, quo sensu pacta traditionibus opponuntur. *I. traditionibus C. d. pact. & pignus nuda conventione contrahi dicitur, l. 1. d. pign. att. sed intelligitur hic nuda voluntas à vera & naturali traditione, quo sensu in l. antepen. ff. d. acq. poss. dicitur, quarundam rerum possessio animo apprehendi, oppositive ad actualem & naturalem apprehensionem. Quæ enim voluntas est nuda ab omni, non tantum reali sed etiam ficta & symbolica traditione, illa dominium transferre non potest.**

VII. Porro est & alia ficta traditio, quæ notæ alij uā aut symbolico veram repræsentat, cujus vari sunt modi. Veluti si mercibus certo loco conclusis, quas dominus mihi traditas velit, claves ejus loci mihi tradantur *l. 9. §. 6. ff. d. acq. rer. dom. l. 1. §. 21. ff. d. acq. vel am. poss. §. item si quis merces. j. d. Rer. div. l. 74. ff. d. Contr. emt. Menoch. d. retin. remed. 3. n. 569. & 573. Pont. de spol. l. 2. c. 14. n. 123^a Boccat. de Interd. utipossid. c. 14. n. 11. & 15. Postius dec. 566. n. 3. 4. Gratian. discept. forens. cap. 310. n. 17. cap. 503. m. 1. & 2. Claves enim dicunt pars rei. Gratian. discept. forens. cap. 681. n. 5. Malaard. d. probat. concil. 1184. n. 4. 8. 10. 11. qui statuit, quod in beneficiis probetur acquisitio possessionis per solam traditionem antiqui, portæ Ecclesiæ clause, cuius claves penes illum erant, ad quem pertinebat custodia Ecclesiæ tunc vacantis. Cardin. Tuf. in verb. possessio conclus. 407. n. 12. licet foræ vel ostia non aperiatur. d. l. 74. cum sufficiat præsente domino possessionem oculis, & per claviam traditionem apprehendere.*

hendere. Coler. d. proc. exec. part. 2. c. 3. n. 451. ita ut ex traditione clavium simpliciter facta, non tantum possessio domus, verum etiam aliarum rerum in domo existentium arguatur. Pont. de Spol. l. 2. c. 14. n. 123. in fin. per quam clavum Ecclesiae traditionem, probatur etiam quasi possessio jurium Ecclesiae. Menoch. de retin. remed. 3. n. 584. Mascard. de Probat. Concl. 1184. n. 17. præsertim contra illum qui claves tradidit Seraph. dec. 717. n. 1. quod tamen cum hoc temperamento est accipendum, ut tunc procedat (1) si constet de titulo, aut quod ille, qui claves tradidit, voluerit possessionem transferre, alias in dubio censetur traditio custodice causa facta, Grantian. d. cap. 503. n. 3. 5. Pont. d. spol. l. 2. c. 14. n. 123. (2) nec alius sit in possessione ejusdem rei, Grat. discept. forens. cap. 310. n. 17. Pont. d. c. 14. n. 123. (3) nec sit traditio clavium facta ab eo, qui facultatem moralem transference possessionis non habuit. Pont. d. spol. l. 3. c. 2. n. 56. (4) Si claves non sint traditae jure familiaritatis. Gratian. discept. forens. c. 310. n. 17. & denique (5) ut tunc quo ad merces in domo vel horreo inclusas possesso transferatur, si penes horrea claves tradantur, licet recipiens claves horrea non aperiat. d. 1. 74. d. contr. empe. alias enim non acquiritur mercedem seu rerum possessio, nisi, qui claves recipit, etiam horrea aperte, cum claves non dicantur pars mercium, sicut dicuntur pars dominus. Pont. d. spol. l. 2. c. 14. n. 123. Gratian. d. c. 503. n. 2. 9. 10. Postius de Mandatis manuteneat. ill. 22.

VIII. Elegans est species fictæ traditionis, instrumentorum traditio, e.g. Titius emit à Sempronio mancipium, emitor donat Cajo instrumentorum emptionis. Quaritur num ipsum mancipium donasse praestitur? Respondetur, quod traditione ficta instrumenti emptionis recipienda tradita censeatur, l. i. C. d. donat. Covaruv. l. 3. Resol. cap. 16. n. 12. Brunnum. & Salicet. ad l. 1. C. d. donat. Postius de Mandatis. Alanuten. ill. 22. n. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 910. n. 1. 2. 3. Et ob dominium per epifolam titulo donationis fictè ita translatum, nee non possessionem per donatricem acquistam, donatario actionem in rem competere, asserit Ulp. int. 77. ff. d. revend. Sic quoque per traditionem instrumentorum navis, sine quibus navis est inutilis, & quibus ducitur, & per quæ quodammodo representatur, censetur

C

censetur tradita possessio ipsius navis Mascard. d. probat. Vol. 3. Concl. 1185. n. 4.5. Item traditione freni & sellæ, quibus ducitur, & gubernatur equus, transfertur dominium equi. Mascard. d. concil. n. 6. Nec dubium, quia etiam possessio domus acquiratur ingrediendo, aperiendo, claudendo, qui ad usus per instrumentum apprehensa possessio-
nis probantur. Vincent. d. Franc. decis. 204. n. 31. Gratian. discept. forens. cap. 643. n. 11. Vincent. Honored. l. 2. conf. 86. n. 29. Postius d. Mandat. Manut. obser. 21. dec. 476. n. 5. dec. 478. n. 3. dec. 584. n. 1. dec. 643. n. 1. dec. 88. n. 2. dec. 103. n. 3. dec. 107. n. 1. dec. 142. n. 4. dec. 175. n. 1. & instrumentalem possessionem habens, non tenetur probare, alium tunc in possessione non fuisse, cum habeat pro se præsumptionem, sedonus probandi incumbit adversario, afferentialem alium tunc fuisse in possessione. Postius de Mandat. Manut. obser. 21. n. 31. & 33. dec. 37. n. 1. dec. 167. n. 6. dec. 328. n. 1. dec. 337. n. 1.

IX. Porro trahium & signorum ob-signatio pro eorum tra-
ditione valet. l. 14. §. 1. ff. d. peric. & comm. rei vend. Obst. l. 1. §. 2. ff. cod. Distinguendum cum S. Ilicet. in l. 1. C. d. donat. & Strachia de Mer-
cat. part. 2. n. 90. aut enim signum est appositorum ante perfa-
ctam emtionem, & tunc palam est, non transferri possessionem.
aut vero perfecta emtione, & tunc, vel præsumi potest alia cau-
sa, quam animus tradendi, & non præsumitur traditio facta, ut in ca-
su d. l. 1. §. 2. ubi eo fine facta videtur, ne in dolium quid infundatur
aqua, ut solet fieri a nonnullis, aut ne planè alia amphora pro alia sup-
ponatur, ut vult Gothofr. ad h. l. Vel alia causa non præsumitur,
& appositorum signi infert receptionem dominii penes signantem. Paul
Christin. Vol. 2. dec. iiii. Menoch. Conf. 122. n. 30. Frantz. ad ff. tit.
d. peric. vel Comm. rei Vend. n. 38. Brunnem. ad ff. de peric. & Comm.
Rei Vend. l. 1. §. 2. pag. 579. Custodis appositorum, si res non facile lo-
co moveri possint propter magnitudinem ponderis, est species fidæ
traditionis l. quarandam pen. ff. d. acq. poss. ibique. Brunnem. ad ff.
Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 939. n. 11. Afflidi. dec. 167. n. 1.
Mascard. d. probat. Concl. 1186. quæ appositorum custodis non tantum
præbet possessionem rerum mobilium, verum etiam immobilium
Masc. d. concil. n. 5. Postius de Mandat. Manut. obser. 24. n. 35. & seq.
& dec. 546. n. 4.

X. Reten.



X. Retentio seu reservatio ususfructus transfert possessionem
l. 28. C. d. donat. ibique. Brunnem, ubi Impp. rescripterunt, quod si
 tibi vendā rem, vel donem, & pro me retineam usum fructū, rem ipsam
 tradere videar, hoc enim in casu donator incipit nomine donatarii pos-
 sidere. Bach. ad Trent. Vol. 2. disp. 21. th. 2. lit. A. pag. 279. Pont. de Spol.
l. 2. c. 14. n. 103. & seq. Mascard. d. probat. Vol. 3. concl. 1188. quod
 tamen cum hac moderatione est intelligendum; si is, qui retinet usum
 fructū, eo tempore rem illam possidet. Mascard. d. concl. n. 3. Po-
 stius d. Mandat. Manut. obs. 20. n. 54. & seq. decis. 58. n. 2. dec. 85. n.
 2. dec. 299. n. 4. dec. 300. n. 21. Sic si is, qui suo nomine possidet, in-
 cipiat possidere alieno nomine, quod vocatur constitutum posses-
 sione, possesio transfertur in eum cuius nomine possidet, *l. 18. ff. d.*
& q. poss. l. 77. ff. d. R. Vend. Pont. d. spol. lib. 2. c. 14. n. 109. & seqq.
Boccat. de Interd. uti possidet. cap. 14. n. 6. Mascard. d. probat. concl.
422. Cyriaci controv. lib. 2. contr. 258. n. 28. Guitier. præt. quest. lib.
5. quest. 64. n. 23. lib. 2. qu. 87. n. 8. Postius de Mandat. Manut. obs.
20. decis. 104. n. 1. dec. 145. n. 1. dec. 256. n. 1. & 13. dec. 138. n. 2. dec.
85. n. 3. dec. 150. n. 1. & 4. dec. 152. n. 1. dec. 89. n. 5. dec. 271. n. 2. dec.
565. n. 1. Mevius part. 5. decis. 159. dec. 160. dec. 352. Ut vero constitu-
 tum illam vim & efficaciam habeat, requiritur. (1) Ut contractus, cui
 additur, sit licitus. Postius obs. 20. n. 40. dec. 85. n. 13. (2) Ut con-
 tinuens tempore illo possidat. Mevius part. 5. dec. 353. (3) Ut sit
 constitutum de re certa. (4) ut constitutarius sit praesens, aut justo tem-
 pore ratum habeat Dn. Hahn ad VVeschn. tit. d. acq. possess. in fin. Be-
 hold. thesaur. præt. Verb. Constitutum. Postius d. Mandat. Manut.
obs. 20. n. 21. decis. 300. n. 27. Gratian. discept. forens. cap. 365. n. 17.
18. Potest etiam sine nota actus aliquis traditionem representare: si
 enim in re praesenti & aperta dominus eam se mihi tradere dicat, ego
 sim hoc animo ut velim possidere, placuit me possessionem nancisci
 oculis & affectu, & perinde hoc haberi, ac si pedem finibus intulis-
 sem, corpore ac manu rem apprehendissem. *l. 1. §. pen. l. quod meo. 18.*
2. ff. d. acq. poss. Bach. ad Tr. Vol. 2. disp. 21. pag. 278. & dec Actioni-
 bus diff. 3. th. 18. Vinn. ad Inst. 8. Item si quis 44. d. rer. divis.



XI. Illud bellissimè queritur. An investitura abusiva jure feudali pro traditione habeatur, & jus in re tribuat? Non de sūnt qui sat is confidenter statunt, inter quos præcipue Duaren. d. feud. cap. 7. n. 4. 5. 6. Finkelth. diss. feud. 7. c. 3. investitū abusivā utile dominium transferri; attamen communis est interpretum sententia, quod ex contractu feudalī & investitura abusiva jus in re non transferatur, sed tantum jus ad rem. Matth. de Afflīct. in c. 1. de nov. form. fidel. §. investitura falsa l. 2. verb. ex prædictis infertur, quia enim jure feudalī speciatim non est dispositum, absque traditione dominium utile seu jus feudi transferri, regula juris civilis, arg. 2. Feud. 1. pr. vers. strenuu. hic obtinet, quod nimis sine vera & naturali traditione, vel eo, quod est loco vera traditionis, dominium, vel aliud jus in re in alterum non transferatur, l. 20. C. d. palt. Atqui quod investitura abusiva sit traditio, aut loco veræ traditionis habeatur, nullo textu juris feudalis comprobatur, sed potius contrarium 2. Feud. 2. pr. & c. 7. §. 1. Min. sing. Cent. 4. obs. 61. Alvorot. in c. 1. in fin. n. 2. d. nov. form. fidel. Rosenthal. d. feud. c. 6. concl. II. n. 2. & 3. Hart. Pistor. 2. Illuſtr. qu. 27. n. 42. & qu. 29. n. 16. Gail. lib. 2. obs. 151. n. 14. & Dn. Struve, Præceptor meus in Salana laudatissimus, Syntagm. jur. feud. cap. 8. th. 9. Thom. Merckelbach in Consil. Klocken. tom. 2. cons. 1. 4. n. 2. 3. 4. Aliquando tamen traditio concurrit cum investitura abusiva, ut si in re præsenti constitutus dominus investitaram abusivam peragat, & rem simili aliquo modo tradat. Andr. d. Ifern. Matth. d. Afflīct. in 2. Feud. 2. Roland à Valle Vol. 2. Consil. 51. n. 32. Goedeus in Consil. Marpurg. Vol. 4. Consil. 37. n. 1184. & seq.

XII. In rebus incorporalibus est necessarius usus si & traditionis, ut pote quæ naturæ traditionem propriam & physicam non recipiunt. l. 43. §. 1. ff. d. adq. rer. dom. pro traditione vero in illis est utendi concessio. l. ult. d. serv. l. 3. d. usuf. Insignem errorem committit Bachov. qui existimat nudis pactionibus & solis promissionibus servitutes prædiales plenè perfecte quæ constitui, aut circa illam cessionem aut traditionem acquiri, ac per consequens statim, ut in conventionem sunt deductæ, actionem in rem competere, modi enim acquirendarum obligationum distinguuntur à modis acquirendi res in obli-



obligationem deductas, sive illæ sint servitutes, sive corpora. Et sic
 in conventionali constitutione ad acquirendam servitutem duo re-
 quiruntur, pactio ad transferendum comparata, uti est stipulatio,
 emtio, donatio, permutatio, l. 31. d. acq. rer. dom. & deinde traditio,
 seu id quod illius vicem in re incorporali obtinet, ut induitio in pra-
 dictum servum, aut usus acquirentis & domini constituentis patientia,
 l. ult. d. servit. l. 3. in pr. d. Vſafr. l. 1. in fin. d. serv. pred. ruf. l. II. §. I.
 d. public. in rem. act. sicut enim nudæ pactionis non est illa vis & po-
 tetas ut rem corporalem nostram faciat, l. 20. C. d. part. Ita nec illa per
 se sufficit ad acquirendam servitutem, l. 3. d. O. & A. d. l. II. d. publ. in
 rem act. si igitur mihi stipulanti quis promiserit servitutem realem, ex
 illa conventione mihi non acquiritur jus aliquod, quod actione in rem
 confessoria vendicare possim, sed duntaxat actio personalis, l. 2. §. I. 2.
 d. V. O. l. 9. d. serv. pred. ruf. Vinn. in partit. jur. lib. I. cap. 74. & ad
 Inf. §. ult. d. servit. ruf. & urb. pred. In his itaque rebus incorporali-
 bus traditionis vice fungitur patientia domini, & vice apprehensionis
 possessionis que, usus illius, cui dominus hujusmodi jus quæsitum vult,
 l. ult. d. servit. l. 3. in pr. d. Vſafr. l. 3. §. siter. d. act. emt. l. 2. §. ult. d.
 prec. Sutholt. Diff. §. 47. Hac enim iura non dicuntur propriè pos-
 sideri, l. 23. §. I. d. S. P. V. pr. 7. d. Interd. l. 4. §. 27. d. Vſu. p. & Vſue.
 Et ita intelligendi textus, in quibus servitutibus tribuitur possessio vel
 traditio, l. 20. d. S. P. V. l. 49. §. I. d. acq. poss. l. 30. pr. verb. traditas &
 §. I. d. S. P. V. l. 8. §. 3. siserv. vindic. l. II. §. I. d. public. in rem act. hi
 enim locis non sunt intelligendi de vera & propriè dicta possessione aut
 traditione, sed quasi possessione & qualitraditione. Vid. l. 32. in fin. d.
 S. P. V. l. 34. eod. Obstat. l. I. §. 2. d. S. P. R. ibi, traditio planè & pa-
 tentia servitutum inducit officium prætoris. Quod si vero traditio quasi
 traditionem denotat, quam operatur patientia, quare in dicto
 textu à se invicem distinguuntur patientia & traditio? Responderi
 potest cum Cujacio adl. 27. d. donat. traditionem hic denotare quasi
 traditionem, patientiam scilicet, seu cessionem servitutis jam consti-
 tutæ. Et mens verborum hæc est: Traditio i. e. cessio, si quis dicat, se
 cedere servitutem hanc vel illam, & patientia, quæ quasi traditio est,
 inducit officium prætoris, nempe hoc efficit, ut eum, quem dominus

patitur uti servitute, prætor, officio ita postulante, tucatur quasi posse
 fessorem. Nec obſt. l. 3. d. Vſufr. ex qua videtur colligi posse, servitu-
 tibus veram traditionem competere: Dare, inquit Gajus, & uide-
 tur uſumfructum, quando quis inducit legat aruum in fundum. Sed huic
 objectioni occurrit Joh. d. Castillo d. Vſufr. c. 12. n. 31. & seqq. &
 probat, non sufficere inductionem, sed adhuc requiri patientiam, ut
 indicant verba sequentia, d. l. 3. ibi: eum uie patiatur uſuſui. Et sic ex
 nuda inductione nihil colligi potest, vides Anton. Gomez. 2. c. 15. d.
 Servit. n. 27. Ex his colligi potest, quod patientia domini quodammodo
 sit de ratione formalis harum servitutum. Id enim est ratio forma-
 lis alicuius rei, per quam res est id quod est, At vero per patientiam
 servitus in suo esse constituitur, & est id quod est, nempe servitus, Er-
 go. Major est in terminis nota. Minor probatur, Eo ipso enim, quo
 dominus fundi patitur alterum ire per suum fundum, servitutem con-
 cedit, l. 16. Comm. pred. l. II. s. I. d. publ. in rem aet. Sic servitus tigni
 immitendi consistit in eo, quod alter debeat pati ignum in suum pa-
 rietem immiti. s. fin. 7. d. Servit. & ita in aliis servitutibus. Sieut ve-
 ro in rebus corporalibus traditio non alter transferat dominium, quam
 si voluntate domini fiat, §. 40. 7. d. rer. div. Ita etiam patientia non
 constituit jus in servitute, & quasi traditionem, nisi cum patientia sci-
 entia sit conjuncta, alias enim ignorans consentire non videtur. Ca-
 still. d. Vſufr. c. 72. n. 26. l. 2. C. d. servit. & aqua. Ubi affirmatur, jus
 servitutes exemplar rerum immobilium longi temporis possessione ac-
 quiriri, si quis sciente domino illo jure sit usus. Notandum hic quod
 servitutes duobus modis per se & principaliter longa quasi possessio-
 ne acquiri possint: primus, quo servitus per se longo uſu acquiritur,
 est, si servitute, ex justa causa sive ritulo a non domino prædi, quem ta-
 men dominum eredebamus, constituta, per decem vel viginti annos
 continenter uſi fuerimus, qui modus cum usucapione rerum immobi-
 lium seu præscriptione est communis, & de hoc modo est accipienda,
 l. ult. C. d. long. temp. præscript. Et quia initium possessionis est a non
 domino prædi, ideo est titulus necessarius; at contra, ignorantia do-
 minum nihil juvat, uti nec in usucapione rerum corporalium, d. l. ult.
 Alter modus est servitutum proprius, si quis nullo titulo præcedente,
 cate-



exterum nec vi, nec clam, nec precario, i. e. domino prædii servientis sciente & patiente, quod hic pro traditione & vice boni initii est, per continuum legitimū temporis spatium servitute usus sit. Hic quā initium possessionis est ab ipso domino, ideo scientiam domini, à quo possessionis initium profectum est, requirimus, titulum vero non, si enim titulus adesset, ut si dominus prædii mihi servitutem constitueret & tradidisset ex causa venditionis, donationis, citra præscriptiōnem statim servitus pleno jure acquireretur. *l. nunquam 31. pr. ff. d. acq. ver. dom. §. 40. f. d. rer. divis. l. 10. ff. s. servit. vind. l. 1. infin. ff. d. aq. & aq. pluv.* Nec moveri debemus *l. nullo 24. C. d. reivend. l. ult. C. de usuc. probe red.* aut similibus locis, quibus traditur, nullo justo titulo præcedente possidentes dominium querere prohiberi, usucaptionem non præcedente vero titulo non procedere: Verba enim positionis, dominii, & usucaptionis, quibus ista sententia sunt conceperat, declarant illas pertinere ad usucaptionem rerum corporalium, in quas propriè cadit possessio, usucatio, dominium. In his rebus largè manu concedimus, nullam esse usucaptionem, nisi justo titulo præcedente: In servitutibus vero prædicta distinctione est observanda, ut sic initium possessionis, servitutis sit profectum à non domino prædii, qui tamen dominus prædii putabatur, etiam titulus ad servitutem tempore acquirendam desideretur, ut in usucaptione rerum corporalium *l. ult. C. d. long. temp. præscript.* Quando vero possessionis initium proficitur ab ipso fundi domino, qui sciens patitur nos per longi temporis spatium servitute uti, tunc sufficiat, ita nos usos esse, ad præscriptionem longi temporis, nec nisi ineptè titulus requiritur. Ne vero quis capteret, quod diximus, scientiam & patientiam domini in hac acquisitione servitutis esse vice boni initii & loco traditionis, & exinde colligat, ita statim servitutem acquiri, non ex longa possessione, is cogitet hic abesse titulum, atque ita per hanc quasi traditionem non statim servitutem nostram fieri, sed tantum, ut sit locus præscriptioni. Vid. Baldum de præscript. p. 2. q. 2. n. 1. quart. part. princ. Corvar. I. var. resol. c. 17. n. 7. Castill. d. Vserft. c. 68. n. 16. Vinn. sel. quæst. l. 1. c. 31. Costal. ad l. 10. ff. si serv. vind. Sutholt. Diff. 5. §. 53. Bach. d. Att. disp. 3. ch. 6. & ad Tr. Vol. I. disp. 17. l. b. 9. In universum itaque tendendum

nendum est, quibus in causis ad rem corporalem adquirendam requiritur traditio, in iisdem & ad res incorporeas adquirendas requiri, quatenus fert illarum natura, quod & acquisitionem ususfructus pertinet. l. 5. d. serv. l. 3. ff. d. usufr. l. 3. d. O. & A. Sic ususfructus traditus censetur, si dominus, a quo est, usufructuarium inducat in fundum, eumve patiatur uti frui. d. l. 3. ff. d. Vusufr. Quamvis ultimâ voluntate relicta servitus statim ab adita hereditate acquiri, & actionem in rem parere videatur, maximè si de jure veteri per vindicationem legata effet. vid. l. 19. §. 1. ff. quemad. serv. amit. l. 1. §. 2. & ult. quand. dies usufr. leg. ced. l. 10. l. 29. d. Vusufr. leg. l. pen. C. d. Vusufr. Suth. diss. 5. §. 47. Bach. ad Tr. Vol. 1. disp. 16. tb. 7. lit. A. & th. 3. lit. A. Vinn. ad §. 1. §. n. 2. d. Vusufr. & §. 4. n. 3. d. S. R. & V. P. Pinel. part. 2. l. 1. C. d. bon. mater. n. 62. Castil. de Vusufr. c. 9.

XIII. Quod diximus de scientia & patientia in acquirendis juribus servitutum, idem dicendum in aliis juribus. Est enim explorati juris, possessionem in incorporalibus sine scientia & patientia adversarii non acquiri. Sixtin. d. regal. lib. 1. cap. 5. n. 146. Petr. Gilken. d. prescript. part. 2. memb. 3. cap. 12. n. 4. 8. 9. Fontanel. d. paet. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 17. n. 61. Castil. d. Vusufr. c. 12. n. 27. & cap. 28. n. 1. cum seq. Augustin. Barbola in Collect. l. 2. C. d. servit. & aqua Gœdæus in Conf. Marp. Vol. 4. conf. 38. n. 54. Rol. à Valle Vol. 2. Conf. 22. n. 23. 24. Gœdæus d. Vol. 4. conf. 40. n. 7. Petr. Anton. de Petra d. fideicommiss. qu. 12. n. 181. & seq. Petr. Rebiffus in Constit. Reg. præstat. mater. possessionis n. 126. 151. 161. Postius d. Mandat. manut. obf. 40. n. 16. dec. 166. n. 3. dec. 184. n. 20. quod si vero plures pro indiviso possident, requiritur omnium scientia & patientia, alias unius ignorantia seu contradicatio impedit acquisitionem quo ad totum. Postius d. obf. n. 7. & sic scientia ejus, contra quem possessio prætenditur, est substantia quasi possessionis, ut loquitur Postius d. Obf. 40. n. 11. & habet, ut supra diximus, vim traditionis. Postius obf. 40. n. 12. 13. Gratiian. disc. forens. cap. 426. n. 5. & seq. cap. 113. n. 52. Hic nonnullæ questiones sunt excutienda. Prima est, si agatur de possessione vel præscriptione iurium contra principem, an scientia officialium sufficiat, & præjudicet ipsi principi? Et est communis Dd. sententia, quod scien-

25

scientia officialium sufficiat. Bald. d. prescript. 3. part. quarta principia-
lia. quæst. 3. n. 8. Anton. Gabriel. lib. 5. concl. 1. u. 64. Joh. Bapt. Co-
sta trah. d. facti scient. & ignorant. inspect. 41. n. 10. & inspect. 72. n. 9.
10. II. Boer. dec. 277. n. 7. Cravetta d. antiqu. temp. part. 4. s. absolutis.
n. 23. Conf. 894. n. 33. & conf. 990. n. 53. vers. aquæ regemoriso. Thom.
Michael in Conf. Klocken. tom. 1. conf. 29. n. 444. Eleganter Marp.
Vol. 2. conf. 30. n. 248. Secunda est , an ex patientia singulorum jus
universitatis lñatur ? quod recte negat Cravett. conf. 643. n. 5. re-
quiritur enim scientia & patientia totius communitatis , nec majoris
partis sufficit , secus atque existimat Nicol. Everhard. Junior Vol. 1.
conf. 10. n. 18. ut ex ea jus universitatis labefactetur. Dec. conf. 437.
col. 2. & conf. 672. col. 2. circ. med. Thom. Michael in conf. Klocken. d.
conf. 29. n. 520. & seq. Carpzov. in resp. Elec. lib. 1. tit. 7. resp. 66.
Rol. à Valle Vol. 2. conf. 22. n. 24. Sicuti nec particularium civium a-
ctus proficiunt universitati ad acquirendam possessionem, sed ut actus
gesti censeantur esse universitatis, requiritur, ut universitas solenniter
sit congregata & actus præviâ deliberatione exerciti. Licet itaque
probetur, singulos cives alicujus communitatis usos fuissie fundo , pa-
scendo ibi animalia , & cædendo ligna , eaque asportando , nihil omi-
nis nos probari aliquem actum , per quem possit affirmari possessio-
nem esse acquistam universitati , nec videri sufficienter probatam
possessionem universitatis , concludit Corneus , conf. 46. n. 11. vers.
ad hoc enim , & vers. licet igitur : ubi subiungit : Et ideo intrepide con-
cludendum arbitror , quod possessio non queratur universitate per actum sin-
gulares hominum de universitate , qui non habent mandatum . Quem in
calu turbatæ possessionis circa ulum nemoris vel pascuorum refert &
sequitur Boissius in pract. erim. tit. d. plur. violent. n. 60. Nicol. Lo-
fæus, trah. d. jur. univers. part. 3. c. 16. n. 4. vers. ex aribus & uniu.
seq. Petr. d. Benitendis decr. 70. n. 2. & seq. Borgnin. Cayelan.
dec. 18. n. 13. & seq. lib. 1. & lib. 5. dec. 1. n. 22. 34 56. 62. Plu-
res refert Thom. Michael. d. conf. 29. num. 216. 217. Postius d. Man-
dat. Manut. obs. 36. n. 1. 2. 9. Mynsing. decad. 2. resp. 19. num. 46.
licet vero Raphael & Paul. de Castro sentiant, quod scilicet cives ac-
quirant civitati, illud non convenit juri , per ea que tradit Alexand. de

D

Imol.

27.
677

27



Imol. in l. stipulatio iſta §. si quis in ſalam. d. V. O. quod maximè procedit, si cives illos aetus exercuerint sine aliorum mandato, §. adſpici-
mur, §. per procuratorem & §. si jafferim ff. d. acq. poſſ. Henning. Go-
den. conf. 70. n. 12. conf. 111. n. 59. conf. 112. Paris. Vol. 1. conf. 27. n. 102.
ubi dicit cives singulares non poſſe acquirere poſſeſſionem vel quaſi u-
inverſitati. Corn. Vol. 1. conf. 148. colum. final. conf. 299. n. 7. Vol. 1.
conf. 46. n. 11. conf. 293. colum. 7. Vol. 3. conf. 63. colum. 1. & 2. conf.
188. conf. 213. col. 2. Vol. 4. ubi dicit: universitati per singulos non ac-
quiri, ſeve poſſideant ius paſcendi, ut ſeruitem, ſive ut ius personale, &
latus conf. 299. Vol. 1. conf. 46. n. 11. Vol. 3. Vid. Gilman. rer. iudicat.
Cam. Imp. lib. 1. decisi. 17. n. 48.

XIV. Tertia quæſtio eſt, ſi inferior vel imbecillior aliquid pa-
tiatur fieri in ſuo, an in poſſeſſorio & peritorio inferioris patientia
aliquid in rem ſuam à ſuperiori committi patiatur, id potius ex re-
rentia & familiaritate toleratum, aut certè magis ex ſuperioris im-
preſſione quam inferioris & minus potenti voluntariâ liberalitate &
ſpontaneo affectu factum, perpeſumque fuiffe ceneſteatur, proindeque
in potenti imbecillioris ſcientia & patientia nec in poſſeſſorio nec
in peritorio proficiet. Innocent. in c. bona memoria x. de poſſu. pro-
lat. Hostiens. in c. quod latenter. d. reg. jur. Cravetta conf. 643. n. 9. 10.
conf. 658. n. 12. Vasq. lib. 2. contr. illuſtr. c. 83. n. 27. vers. contrarium.
Rol. à Valle Vol. 3. conf. 18. n. 9. Vincent. Hondon. Vol. 2. conf. 100. n. 72.
Thom. Michael in conf. Klocken. tom. 1. conf. 29. n. 397. & 518. & seq.
Daniel Moller lib. 4. ſemeſtr. cap. 39. Franzk. lib. 2. refol. 15. n. 8. 9. 10.
Quarta quæſtio eſt, An illa ſcientia & patientia, ubi requiritur, ſit
probanda? Quod affirmamus, cum non prælumator; ſufficienter
vero illa probatur ex qualitatibus facti, frequentia actuum, diuina-
tate temporis & vicinitate. Gratian. diſc. forenſi. cap. 112. n. 64. & cap.
68. n. 13. & 32. Garzi d. benef. part. 5. c. 5. 119. & ſeq. Marpurg. Vol. 2.
conf. 30. n. 185. Uranius Vol. 2. conf. 11. n. 7. Postius d. Mandat. manut.
obs. 40. n. 29. 30. qui ſtatuit, quod de non patientia conſter ex con-
tradicitionibus extra judicialibus & judicialibus; ſed ſi poſt contradic-
tionem extra judicialiē alli aetus poſſeſſori ſunt exerciti, & contra-
dictor



dictor acquieverit, de patientia dicatur constare. Ex his colligi potest, quid dicendum de actibus clandestinis & turbativis, seu qui jure familiaritatis sunt, vel qui causam dederunt liti; ex his enim possesso non probatur Postius obs. 71. n. 4. 5. decis. 46. n. 5. 8. decis. 194. n. 5. dec. 229. n. 14. & tradit Daniel Moller. lib. 4. cap. 39. quod in dubio prafumatur jus precari & familiaritatis quam servitutis ex actibus praestitis, quem sequitur Matth. Stephan. d. jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 7. memb. 2. n. 90. nisi forsan servitia continua exactione longo tempore sint praestita. Moller. d. c. 39. n. 12. Franzk. d. l. 2. resol. 15. n. 16. 17. Nec acquiritur jus aliquod ex actibus, qui jure facultatis, vel ex gratia & amicitia adversarii, fieri solent. Pont. d. Spol. lib. 2. c. 16. n. 166. Pacif. d. Salv. Interd. inspecl. I. cap. 6. n. 30. l. fluminum. §. item vide mus. l. Proculus. ff. d. damn. infect. l. 1. §. denique & l. sicut meo. ff. d. ag. pluv. arcend. quod multis exemplis illustrat Rebuff. tract. d. mater. possess. in prefat. n. 165. Menoch. A. f. Q. cas. 160. n. 12. & seq. cent. 2. & cons. 201. n. 64. & in actibus ratione vicinitatis comprobatur Vincent. Handed. part. 1. Vol. 1. cons. 39. n. 1. Bertazz. cons. circul. 21. n. 65. qui loquitur de actibus factis ratione amicitiae, obsequii, vel gratiae. Carol. Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. cons. 4. 11. 14. Capar Klock. cons. 3. ad mater. collectiar. pag. 65. Thom. Michael in cons. Klockentom. I. cens. 29. n. 557. & tom. 3. cons. 149. n. 265. Postius d. Mandat. manut. obs. 54. n. 2. & seq. Quare hospes, scuille, qui ab amico aliquo jure familiaritatis recipitur, nullo temporis cursu querit possessionem hospiti & domus. Pont. d. Spol. lib. 2. cap. 16. n. 166. Tusc. in Verb. quia ipsi possesso. cons. 32. n. 7. Nec is cui annuit capones dati confueverunt. Pont. dec. 16. n. 166. Nec quasi possessio iuris mercinandi acquiritur per accessum pistorum & furnariorum ad aliquod molendinum. Pont. d. l. Borcholt. cons. 6. g. Es facit jeder. Anton. Thessaur. decis. Pederont. 16. n. 12. Did. Covar. ad C. possessor male fidei. part. 2. rel. 6. 4. n. 7. 8. Rol. à Valle Vol. 2. cons. 22. n. 13. 14. 15. Postius d. Manut. manut. obs. 53. n. 2. 3. nisi prohibitiō sic facta, & subsecuta patientia. Postius d. obs. 53. n. 28. Klock. d. currib. lib. cap. 16. n. 55. 56. & tom. 1. cons. 29. n. 154. Bald. d. prescript. part. 4. pari. 5. princ. quest. 5. n. 3. Rol. à Valle Vol. 2. cons. 22. n. 23. 24. Rosenthal d. fend.

D 2

d. fend.

d. send cap. 5. cons. 25. & 27. Marp. Vol. I. cons. 9. n. 5. Nam sine prohibitione & patientia non acquiritur quasi possessio, nec inducitur præscriptio. Welenb. cons. 34. n. 26. & cons. 67. n. 10. 19. sunt enim res meræ facultatis, ex quarum patientia & scientia nullum jus acquiritur. Tusc. in verb. Mandat. d. manuteneat. cons. 69. n. 5. Postius d. Mandat. manut. obs. 53. Gratian. discept. forens. c. 861. n. 6. Cachevan. deoij. pedemont. 99. n. 19. Hæc præsumtio familiaritatis cessat, si is, qui jure usus sit, titulum habeat, tunc enim nunquam præsumitur jus familiaritatis, sed jure proprio posse dñe quis intelligitur. Menoch. cons. 160. n. 20. lib. 2. & lib. 6. d. præsumt. 67. n. 13. Welenb. cons. 2. n. 129. cons. 48. n. 21. & ex hac ratione in causa Wolmershaus contra Brandenburg tertii mandati der pfändung / que relata est 8. Martii Anno 80. ubi etiam super jure venandi disceptabatur, Domini Marchionis fundamentum, quo actores ratione officii & partim ex gratia & jure familiaritatis venatos esse prætendebatur, allegatam hanc præfunctionem elisam, & contra ipsum Dominum Marchionem pronuntiatum, tradit Klock. cons. 3. in mat. collect. p. 70.

XV. Postremo & hoc videndum an scientia & patientia domini in propriis hominibus, leibigenen Leuten / vim habeat consensus, ratificationis & traditionis? Ut si hi scientibus dominis militaverint, vel domini passi sint, ut servi ad dignitatem aliquam, cuius alia sunt incapaces, admittantur, vindicari nequeant & constitutum est, ut qui consentiente domino admittitur ad cubiculum principis, statim liber sit, l. 3. C. d. propos. sacr. cubic. item qui scientibus dominis militaverint, statim liberi siant, l. saper. 6. C. quimilit. poss. Si quis servum dignitatem habere fuerit passus, spoliatur illius dominio, & omnijure, l. s. quis. 8. C. d. tit. si servus scientie domino, & non contradicente, in clericis ordinatus fuerit, ex hoc ipso, quod constitutus, liber erit. Nov. 123. c. 17. Eleganter Mevius in turku Bedenken über die Frage/ von dem Zu-stand / Absforderung und verroder Absfolge der Bauersleuten zu welchen jemand Zuspruch zu haben vermeine / bey jehigen Zeiten entstehen und vorformen / in dem dritten Haubt-Punct. n. 128. ibi: Ich vermeine aber den gemeinen Rechten und Vernunft gemäß zu seyn / daß allein diejenigen / so hinter der Herrschaften Wissen und Willen zu einigen Digni-

läten / Aemptern / Würden und Kriegsdiensten gelangen / sich der vollkommenen Freyheit nicht zu freuen / sondern bemelter Ansprache zu erwarten haben / und in den beregte Erstattung zu verdammen. Wanti aber die Herrschaft weiß / daß einer seiner Leibeigenen sich dergleichen Sachen angenommen / vorzu Bauersleute nicht erhoben werden / solchen nicht alsofort widerspricht / noch seine Zughörige davon zeitig abmahnet und absodert / so ist es nicht anders zu achten / als wenn er sich dero begben und denselben zu höhern Aemptern und Würden zu greissen frey gelassen. Et num. 31: Wann derowegen eine Herrschaft zuläßet / daß seiner Leibeigenen jemand auf Universitäten des Studirens in freyen Künsten pfleget / in Städten Kauff. Handel / oder ein Handwerk lerret / zum Kriege sich begiebet / oder dergleichen etwas vornimmet / darauf erscheinet / daß er sein Bauer zu bleiben nicht bedacht sey / demselben aber so lange zusehet und nachhenget / bis daß er sich hernach zum gewissen Amt / Nahrung und Handfertigung niederläßet / so ist die Revocation zu späet und hat sich der aufgesprochener der exceptionis concessa tam diu libertatis nicht ohnfüglich zubehelfen. Stamm. d. Servit. person. lib. 3. cap. 27. n. 12. Sed quid dicendum de præscriptione? jure communis coloni & servilis conditionis homines, leibeigene Leute / censentur pars fundi, eique ita inhæret, ut separari nequeant. Gail. d. Arrest. cap. 3. n. 14. ex quo tanquam fonte hæc consecratio elicere posunt: Rusticos aufugientes, sui quasi fures acriter plectendos esse. l. 2. C. d. serv. fugit. Gail. d. C. 8. n. 18. illosque in præjudicium domini sui locum mutare aut domicilium constituere non posse, aufugientes justè vindicari, & quamdui adhuc in fuga sunt & à nemine possidentur, propria autoritate capi posse, Gail. d. c. 8. n. 17. Hinc etiam infertur, eos, qui sui status consciit in servili, adscriptitia, aut ut loquuntur, tallibili conditione sunt, nullius temporis, ut ut longissimi, spatio libertatem præscribere posse. l. 1. C. d. præscript. que pro libert. l. 22. s. 1. C. d. agric. & censit. & ita meminit responsum esse à Facultate juridica Grifiswaldensi in casu, ubi rusticus per 60. annos glebae non adhæsisset, in libertate integrâ moratus, extra operarum necessitatem, Mevius ad ius Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 3. n. 8. qui num. 9. ita aliqueties in dicasterio Wolgastano judicatum refert. Vid. Husan. d. propriu bomin. cap. 8.

D 3

n. 8.

27



n. 8. qui ad minimum centenariam præscriptionem, seu immemoriam temporis, necessariam esse putat. Quod nontantum in eo procedit, qui aliquando in libertate fuit, sed & in herede ejus, qui sub ignorantia vitia defuncti non excludit. l. 11. cum heres ff. d. divers. temp. præscript. Elicet de statu hominum defunctorum post quinquennium quærinon debeat, si vivi fuerint in possessione libertatis, l. 1. c. s. t. C. No de statu defuncti. Nihil tamen prohibet, quo minus liberis aut agnatis controversia eo nomine moveatur. Anton. Faber. in C. lib. 7. tit. 6. def. 1. quandiu mala fides præscriptioni obstat, alias favor libertatis & ratio æquitatis suavit, ut his, qui bona fide & justo titulo in possessione libertatis per 20. annos sine interpellatione morati essent, præscriptio proficit. l. 2. C. d. long. temp. præscript. quæ bona fides tunc adsuile intelligitur, si scientie, & non contradicente domino, se pro libero gesserit. Jure Lubecensi est constitutum, ut si quis servus per annum & diem civis aliquius civitatis, ubi ejus observantia est, extiterit, & per id tempus controversiam libertatis pastus non fuerit, licet deinde probatio servilis conditionis afferatur, ab omni impetione absolvatur. Vid. Cothman. Vol. 1. Cons. 10. n. 726. & seq. qualia statuta & privilegia valere probat Bruning de variis univers. spec. Concl. 40. lit. C. in fin. Quo privilegio etiam gaudet libera imperialis civitas Bremenensis, cuius tenorem hic subjungimus:
 In nomine Sanctæ & individua Trinitatis. Fridericus Divinæ favente clementia Romanorum Imperator Augustus; Imperatoriam Majestatem decet, ut ex officio nostra à Deo solertia commissa, ad augmentum sacri Imperii vigilemo operam inpendamus, & principiū super incrementis civitatum Excellentia nostra fidelissima efficacibus studiis libenter intendamus. Ea propter cognoscat tam præsens etas fidelium Imperii, quam successores posteritas, quod nos discrete considerationis intuitu perpendentes, honestam ac officiosam devotionem civium civitatis Bremenensis, eorumq; fideli dignè cipientes respondere; Concedimus eis & civitati Bremenensi confirmationis illa iura, que Sanctæ recordationis Carolus Imperator ad instauracione petitionis S. Willehadis primi Bremenensis Ecclesie Antistitis, eidem civitati concessit, &c. Si quis vir vel mulier in civitate Bremenensi, sub eo, quod vulgo dicuntur Wiepilebe per annum & diem nullo impenitentem in se



manserit, & si quis postea libertati ejus obviare voluerit, auctor silentio improbationis imponendo, licet ei dicti temporis prescriptione libertatem suam probare, excepta omni familiae Bremenensis Ecclesia & omnium Ecclesiarum ad eam suarationis jure pertinentium. Si quis autem ejusmodi hominem impetrat, primum in ingressu causa fidei usores congruos ponat, & si in propositione sua procedere non potuerit, impetrato & judici componat urbis, secundum ius suum. Hinc est attendendum, quod, quoniam ex longa temporis antiquitate non solum consuetudines, verum etiam iura plerumque solent immutari, Imperiali cautione decernimus, salvam omnibus Imperialis iustitiae dignitate, racabec omnia & inconvenia semper haberi, & sicut praesenti scripto evidenter expressa sunt, per omnia posterum illata conservari. Vnde & praesentem paginam conscribi possimus, & Majestatis nostra sigillo communiri, statuentes & Imperiali auctoritate facientes, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nulla omnino persona parva vel magna, secularis vel Ecclesiastica, huic nostrae confirmationis audeat contrarie, nec aliquo presumptio modo opponat eam aliquatenus attemptare; quod qui fecerit, in ultionem temeritatis sue, componat centum libras auri puri, dimidium Imperiali Camera & reliquum injuriam passis. Hujus rei testes sunt &c. signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi &c. Acta sunt hac anno Dominicæ incarnationis, M. C. LXXXVI. inductione 4. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Glorioissimo, anno regni ejus XXXI. Imperii vero ejus XXXII. Datum apud Geilinkusen IV, Kalend. Decembris feliciter, Amen.

XVI. Quod diximus supra, dominium non acquiri sine traditione vel possessione, illud non est perpetuum, sed in nonnullis casibus fallit, ut in aditione hereditatis. l. 37 ff. d. acq. vel am. hered. ibique Brunnen. Ceterum non, ut rerum hereditiarum dominium, ita & possessio continuatur, quoniam possessio cum sit facti, contra naturalem rei apprehensionem non acquiritur l. 1. §. 3. l. 3. in pr. l. 8. ff. d. acq. poss. & quod traditum est l. 23. d. acq. poss. aditâ hereditate jura quidem omnia ad heredem transire, possessionem vero non transire, nisi sit naturaliter apprehensa, id non magis ad extraneos pertinet, quam ad suos; licet enim concedatus, existentiam in suis hereti-



